

SPECIMEN
HISTORIÆ LITTERARIÆ
FENNICÆ,

CUJUS
PARTEM QUARTAM.

*Conf. Ampl. Facult. Philos. in Reg. Acad. Aboënsi,
publice ventilandam sistunt*

PETRUS JOH. ALOPÆUS,

Phil. Mag. & Adjunctus ad Reg. Gymn. Borgoënsi,

Et

JOACHIMUS ADOLPHUS CLEVE,

Stip. Reg. Wiburgensis,

In Audit. Maj. die IX. Dec. A. MDCCXCV.

Horis ante meridiem solitis.

ABOÆ, TYPIS FRENCKELLIANIS.

STAMMEN

HISTORIE LITTERAIRE

LENNICE

1785

PARTEM QUARTAM

Cons. Aug. Franc. Titio. in Reg. Acad. 1785.

publice recitatae

PETRUS JOH. ALDPHEUS

Phil. Mag. v. 1785. in Reg. Acad. 1785.

in

JOACHIMUS ADOLPHUS CLEIN

21p. Reg. Wittenberg.

In Acad. Mag. die IX. Dec. 1785.

Thesis ante iudicium soluta.

ABO, TYRIS KENNEDIANIS

§. VIII.

Sed neque plane prætereundum est alterum Fennicæ Lyceum præcipuum, ab Academia Aboënsi ordine secundum, nimirum *Reg. Gymnasium Borgonense*. Si fides habenda Rev. RHYZELIO (a), Rex GUSTAVUS ADOLPHUS, quando munus Episcopale A. 1618 Wiburgi instauravit, ibi simul Gymnasium condidit, certosque redditus Lectoribus tribuit; quod cum postea senesceret, A. 1632 fuit renovatum, & Mag. *Henr. Carstenius* (qui Episcopus tandem Wiburgensis fuit,) ibidem Phys. Lector constitutus. Sed quum nesciamus, unde narrationem hancce hauserit RHYZELIUS, veritatem ejus, aliis explorandam, in medio relinquere cogimur. Scholæ Cathedrali Wiburgensi variis modis benevolentiam suam ostendisse Regem laudatum, valde quidem nobis videtur verosimile; at in Gymnasium illam commutasse, inde tuto non colligitur, nec ullis ejus ævi historicis aliis memoratur. (b) Ad certiores potius de initiis Gymna-

H

fii

(a) *Episcopose*. Lib. 9. Cap 3. pag. 59. cfr. *Ibid.* Cap. 2 p. 55.

(b) De Rev. RHYZELII opere, vitas Episcoporum Svecicorum exhibente, egregium apponere libet acutissimi Historici nostri Nob. LAGERBRING judicium: *Ut af alla, som skrivit Svenska Biskoparnes lefverne, är väl Biskop Rhyzelius den omständeligaste. Det är skada, at författaren så sällan nämmer sina ledare, ty en någorlunda tviflande och mindre kunnig Läsare kan då tvifla underfundom afven om det som är sant. Swes Rikes Hist. P. 4ta pag. 352.*

fi hujus narrationes nos conferamus. In *Actis* namque *Palmshöldianis*, in Bibliotheca Acad. Upsal. servatis Tom. 61. pag. 467 memoriae proditum est, Gymnasium Wiburgense institutum fuisse A. 1634, & in *Matricula Gymnasii Wiburgensis* (c) dicitur, Gymnasium die 10 Aug. 1641 fundatum & pompa sollenni inauguratum fuisse, a Governatore tunc temporis Wiburgensi ERICO GYLLENSTIERNA (d). Usque ad annum

(c) Hæc *Matricula* adhuc superest, Wiburgique servatur.
 (d) Idem dicitur in *Actis Palmshöldianis* l. c. pag. 463.

Quod etiam RHYZELIO notum fuit. l. c. pag. 59. Ex quibus etiam sequitur, (id quod ex aliis itidem locis *Matricula Gymnasii* colligimus,) ut negotia Gymnastica ante inaugurationem vix inceperint, licet septem annis ante de Gymnasio instituendo fuerit decretum; certe A. 1638, Gymnasium adhuc non viguisse, ex Litteris Regiis d. 18 Oct. 1638 datis colligere licet, quæ insertæ sunt *Novellis Ab. A. 1782 p. 12.* ubi hæc verba leguntur: *Du i detta haffve Wij och sunnit godt at oprätta ett Gymnasium i Wijborg, en godh Trivial Schola på Sandöön (hodie Schola Helsingforsensis), en ubi Björneberg, så och att en liter Schola härefter må vara i Åbo; der opå Wij och en specification, så om Lähropersonerne som dheres underhold härhøest segad haffve låtit sberfatta, och kan framdeles når man först weet capable personer at tilgå, med Gymnasio göras begynnelse; men med Scholorne kan haffvas mindre betänktande, efter som dhe dem förestå skole, inarare kunna vara till befomme. — Schola vero Cathedralis Wiburgensis usque ad Gymnasii inaugurationem viguit. — Quod ad HENR. CARSTENIUM, cujus meminit l. c. RHYZELIUS, attinet, dicitur quidem in ejus *Personaliis*, Concioni in eum fune-*

num 1696 Gymnasii sex fuerunt Lectores, duo Theologiae & quattuor Philosophiae; nominato vero anno (1696) septimus adiectus fuit, quem se. septenarium ad finem usque Gymnasii Lectorum fuisse numerum constat. (e) Atque ut major Gymnasio & utilitas & decus conciliaretur, Episcopus Wiburgensis PETRUS BÅNG sua cura effecit, ut Rex Gl. mem. CAROLUS XI. Typographiam Gymnasii usibus dicatam Wiburgi institui permetteret (f). Sed postquam

H 2

sub

bri ab Episc. PET. BÅNG habitæ (Aboe 1683. 4o) annexis, *Capitulum Aboënse* A. 1654 eum designasse Log. & Phys. Lectorem in Wiburgensi tum temporis condito Gymnasio, mox vero muneris Capellani ad Templum Cathedrale Aboënse administrationem ei detulisse, adeo ut probabile videatur, *Carstenium* munus Lectoris Wiburgi nunquam gessisse. Et ita sine dubio corrigenda sunt, quæ de eo habet RHYZELIUS l. c.

(e) Cujus rei testimonia *Matricula Gymn.* supra laudata exhibet.

(f) Litteræ Regiæ, quibus Typographiæ habendæ jus Gymnasio tribuitur, datæ sunt Stockholmiæ die 6 Apr. 1682, alioque olim loco imprimuntur; quarum vero *vidisse* in *Matricula Gymnasii*, quam sæpius memoravimus, extat. Gymnasio his litteris permittitur, omnis generis scripta typis imprimere, quæ Gymnasticæ juventuti usui esse possent, idque eum in finem, ne magnam temporis studiis impendendi partem exscriptione librorum sibi necessariorum, ut ante id tempus solitum fuit, contererent. Nec tamen quidquam imprimere licuit, quod privilegiis antea datis non nisi huic vel illi permissum erat (adeo ut libellos Alphabetarios, Catecheses & cantiones Ecclesiasticas Wiburgi typis committere non esset concessum;

sub fatali isto, initio hujus Sæculi Fenniam depopulante bello, Wiburgum Rusfi Anno 1710 hostiliter occupassent, omnis simul in Gymnasio juventutis institutio cessavit. Post pacem vero initam, qua urbs Wiburgum Rusfico imperio tradebatur, decrevit Sacra Regia Majestas litteris die 30 Sept. 1723 datis, ut & sedes Episcopalis & Gymnasium Borgoæ collocarentur; atque hoc inauguratum fuit dieb. 5 & 6 Maji 1726. (g). In hoc Gymnasio quinque Lectores unusque Adjunctus juventutem Gymnasticam litteras docent.

Bibliotheca Gymnasii penuria reddituum summa laborans, non nisi circ. 700 volumina continet.

§. IX.

Pedem porro promoveamus ad illas, quæ hodierno tempore vigent, Fennicæ Scholæ proprie sic dictas (sive inferiores) breviter recensendas. — Aboæ Schola est Cathedralis, antiquæ illius, cujus supra §. V. meminimus, filia (a). Ceterum Scholæ, ut antiquo Scholastico nomine vocari solent, *Triviales*, in Dioecesi Aboënsi sunt quatuor, in

cfr. Dissert. nostram *Animadv. de libris raris* continentem, (Aboæ 1792. Præf. Cel. PORTHAN) pag. 48) Prohibitum etiam simul fuit, ne omnino quidquam quod alicujus pretii esset, typis traderetur, antequam a *Reg. Cancellariæ Collegio* (*Kongl. Cancellie Collegium*) examinatum & adprobatum esset.

(g) *Acta Litteraria Sveciæ* A. 1726 p. 199 sq. relationem de hac inauguratione exhibent.

(a) cfr. de hac Schola *Nov. Ab.* A. 1772 p. 60 seqq. — lis quæ supra pag. 37 recensiti sunt, Scholæ Aboënsis

in urbibus Björneborg (b), Tavastehus (c) Wasa (d) & Uleåborg (e) collocatæ; in altera vero Fennix Dicoësi, Borgoënsi, sunt tres, in urbibus Helsingfors (f), Lovisa (g) & Cuopio (h). In ceteris urbibus

H 3

bus

antiquioris Lectoribus Theologiæ addendus est Mag. JOACH. STUPÆUS, (denique Archi Præpositus Aboënsis), qui A. 1608 hoc ad Scholam munere fungebatur. Quod didicimus ex CEDERHAMNII *Catalogo Ms. Dissertt. Svecorum extra Patriam*, in Bibliotheca Acad. Upsalienti asservato, ubi titulus scripti sequentis affertur: *Tbrenodia in obitum Matronæ Annæ, Conjugis M. Joach. Stutæi, Ostrobotniensis, S. Theol. Lectoris in Gymnasio.* (h. e. Schola) *Aboënsi, quæ partus doloribus vitæ d. 28 Aug. 1608 obdormivit, scripta ab Olao Georgii Suomalainen, Finnone. Witteb. typis Gormanni 1609. 4:o.*

- (b) Notitiam hujus Scholæ suppeditant *Nov. Ab. A. 1772* p. 246 fqq.
- (c) Hæc Schola forte non est proprie *Trivialis* vocanda, licet vulgo ita appelletur? A. 1659 a Gub. Gen. Com. PET. BRAHE est condita, & A. 1690, emendata. Nostro tempore Rectorem habet cum Collega & Apologita.
- (d) Scholæ Wasensis notitiam tradunt *Nov. Ab. A. 1772* p. 377 fqq.
- (e) Schola Uloënsis A. 1611 est constituta, & A. 1682 in Triviale evecta, 5 habet Doctores: Rectorem, Conrectorem, duo Collegas & Apologitam.
- (f) Historiam hujus Scholæ tradunt *Nov. Ab. A. 1772* pag. 236 seqq.
- (g) Hæc Schola, quæ ante ab A. 1750 non nisi Pedagogium erat, A. 1760 in Triviale fuit commutata. Rector, Conrector & unus Collega in ea docent.
- (h) Cum Schola Cathedralis Wiburgensis A. 1641 in Gymnasium commutaretur, Schola Trivialis, simul ibi fuit

bus (si novissime conditas excipias) sunt Pædagogia instituta, uno aut duobus præceptoribus instructa. (i). Schola militaris (*Cadett-Scholan*) in *Haapaniemi* (Prædio Regio in parœcia Savolaxiæ Randafalmi sito), usui solum juventutis quæ animum rei militari applicuit, est destinata, id quod vel nomen ejus innuit (k).

§. X.

Libri Fennica lingua scripti, qua maximam partem Ascetici sunt argumenti, ac non nisi vulgum spectan-

instituta. Post Wiburgum autem a Russis expugnatum, A. 1723 Regiæ placuit Majestati, ut in urbe Nyssob Schola Trivialis, quæ Wiburgensis vicem sustineret, conderetur, quæ Schola A. 1752 ad urbem Wilmanstrand translata fuit, qua urbe per pacem A. 1745 Russico imperio tradita, decretum fuit A. 1747 ut Schola Trivialis in parœcia St. Michel in Savolaxia extrueretur, unde ad parœciam Randafalmi A. 1749 transferebatur. Urbe vero Cuopio A. 1776 condita, Sacra Reg. Majestas A. 1782 jusfit, Scholam eo migrare, quod A. 1788 factum. Rectore, Correctore duobisque Collegis est instructa.

(i) Præterea etiam in parœcia Nylandiæ *Lojo* Pædagogium existit.

(k) Postquam Scholæ ad veterem, qui hodieque in Fennia Svecica observatur, modum formata, A. 1785 in ea parte Fennicæ quæ imperio jam patet Russico abrogata fuissent, nullæ aliæ ibi Scholæ vigent, quam quæ (loco priorum constitutæ) plebis aliorumque quibus linguæ eruditæ minus sunt necessariæ, usui imprimis inserviunt, *Scholarum Normalium* (*Normal Scholer*) nomine insignitæ.

stantes. Librorum vero in eruditionum gratiam exaratorum pauciores in Fennia editi sunt. Qui superiori Sæculo & in Theologia & in Philosophia præfertim Theoretica prælum apud nos reliquerunt, diligentiam tamen Auctorum, eruditionemque pro more illorum temporum haud exiguum testantur. Eos enumerant SCHEFFERUS in *Suecia Litterata* & STIERNMANNUS in *Aboa Litterata*. Sed de his, ut & de iis qui recentioribus temporibus in Fennia editi sunt, libris fufius loqui, rationes nostræ, finem opusculo imponi jubentes, vetant. Disputationes ad Academiam Aboënsē usque ad a. 1778 editas recenset Cel. LIDÉN in *Catalogo Dissp. Svec.* Sect. III:ia, cui nisi opusculi nostri perangusti limites prohiberent, insigne supplementum addere possemus; & quæ postea typis traditæ sunt, enumerantur in *Novellis* (s. ut forte melius vocantur, *Foliis Hebdomadalibus*) *Aboënsibus* passim. Cfr. hæc *Novella* A. 1792. N:o 36.

Superiori Sæculo in Fennia tres fuerunt *Typographia*, duæ Aboënses (scil. *Academica*, & quæ ei postea accessit, *Cezeliana*) nec non Gymnastica *Wiburgensis*, quarum non nisi *Academica* illa adhuc existit. Post conditum Reg. Dicasterium quod in urbe Ostrobotniensi Wasa floret, *Typographia* ibidem etiam fuit instructa, quæ per tempus aliquod libellos aliquot, partim Fennicos, in usum vulgi confectos aut translatos, in lucem emisit; sed jam, possessore inde migrante, cessavit.

De libris Fennicis rarioribus cfr. si placet *Animadversiones nostræ de libris raris* Præf. Cel. POKTHAN, §. IX. ubi pagg. 48-52 enumerantur Libri aliaque minoris etiam molis scripta Wiburgi impressa. Postea vero cum sequentia ad notitiam nostram præterea pervenerint, eorum heic mentionem faciemus.

Christeligh och Luterisk Predikan — så — Studiosus Dn. Ericus Cupræus, junior — Begrofs — den 23 Martii Anno 1684 Hållen af Petro Bång, S. Theol. Doctore och Episcopo. Wiborg Tryckt af Daniel J. Medelplaan/Gymn. Booktryckare År 1690. 4:o.

Christelig Lirkpredikan öfver — Her Ericum Cupræum — Præpositum och Pastorem öfver Föreläden Sijkaniemi, Slottet i Wijborg, och Landzfersamlingen Säckersviij, Consistorii Ecclesiastici Adlesorem och Seniore — Så Hans — andelöse Bekamen — begrofs uti Wijborgz Doomskyrkia den 2 Nov. 1684 hållen af Petro Bång, S. Theol Doctore och Episcopo öfver sammastådes. Wiborg Tryckt af Daniel J. Medelplaan, Gymnasii Booktryckare. År 1690. 4:o Plagg. 4.

Christelig Lirkpredikan öfver — Husf. Anna Cröel, Söhl. Herr Laurentii Hærkepæi, ferdem Kyrckjeherdens i Taipallahri — Ankjan; Så hon — til Grafren beserdrades uti Taipallahri Kyrckjan den 6 Januarii — A. 1689. Hållen af Petro Bång, S. Theol. Doct. Episcopo Wijb. och Ecclesiæ Taipallarentis Pastore. Tryckt i Wijborg af Daniel J. Medelplaan Gymn. Typ. Anno 1690. Plagg. 3.

Christillinen Ruumin Sarna, silloin kuin muinen, Jumalinen, ja Kunniallinen Matrona — Brita Matthiayen Systär Hermigera — Her Michael Heintziyren, urholisen ja hyvästi ansainnen Kirkon Herran, vacas Puoliso, Sawitaiपालेन Seurakunnas; Cunniallisest haudattin Sawitaiपालेन Kirkofoa, Pohjan Colminaisuden Sunnuntain päivän päälle, joca langeisi sen 15 Päivän päälle Kesä Kuusa, vuonna jaksen

ten Christuren Symbian, 1690, Vitatty Petrus Eängilda,
 P. R. Doct. ja Pispalda. Wiburis Prantatty Daniel Me-
 delplanilda, Gymn. Prantovilda. 4:o (Hujus meminit Cl.
*Er. Tulindberg in Historiola Concionum Sacrarum Fennica-
 rum* Præl. Cel. FORTHAN. pag. 19, unde titulum exscripsimus).

Christeligh Liffpredikan Ed H. R. Mts — Tre Man
 och Landshövdinge öfver Kexholm, och des underliggande
 Låhn i Karelen — Herr Berndt Mellin, ErsHerre til Fahne-
 Nå, Balovitz och Tryglå, Uti Wibergs Domkyrkja — blef
 begrafen den 26 Januarii A. 1691. Hållen af Petro Bång,
 Episcopo dersammastädens. Tryckt i Wiberg af Daniel Me-
 delplan Gymn. Boftr. 4:o.

Quarum omnium ab Episc. PET. BÅNG habitatum Concio-
 num nulla præter Concionem in Satrapam MELLIN, Nob. STIERN-
 MÄNNO innotuit. *cf. Ejus Aboa Litterata* pag. 79 sq. ubi
 scripta hujus Episcopi recenset.

Parturientium dolor, eller Christelige Barnafödersfors
 Gämmer af Jerem. Klagow. 1. Cap. 12 vers, då Kongl.
 Maj:tz Treo-Tjenares och Provincial Inspectorens öfver små-
 Fullarne och Acciisen uti Wibergz och Helsingfors Landz
 höfdinge Dömen — Herr Hindrich Johansons Schmidtz —
 Hws. Abra — Matronan Maria Jehandotter Sälpo — begro-
 uti den Helga Treesaldighetz Kyrkian, wedh Wibergz Nor-
 re-Öfverstaden d. 27 Julii — A. 1690 — betrachtat — af Pe-
 tro Ristelio Arcis & Suburb. Wjlb. Past. Consistoriiq; Affes-
 sore. Tryckt i Wiberg af Daniel J. Medelplan. 4:o Plagg.
 5 cum dimid.

De Theologia in genere, conclusionibus item Theologi-
 eis & Religione Disputatio Synodalis, Quam sub directione—
 Dn. *Petri Laurbeccii* — Diæceles Wiburgensis Episcopi—
 diebus 16 & 17 Januarii A. 1699 habendam, publico placi-
 doque

doque examini submittit M. *Georgius Helsingius*, Designatus P. & P. S. Michaëlenfis, Defendentibus pariter — Dn. *Erico Hommarman*, Past. in Kymmene, *Sam. Mechalenio*, Past. in Nurmijärvi, *Erico Florino*, Sacellano in Lampis. Wiburgi impr. apud viduam Matth. Syngmanni 4:o Plagg. 3 cum dimidia, præter Tit. (Cel. LIDÉN ignota).

De Revelatione Divina, Scriptura Sacra & Libris Bibli-
cis, qua summariam Thefin & Antithesin, Disputatio Synoda-
lis, Quam ad mandatum & Directionem — Dn. *Petri Laur-
becchii* S. Theol. Doct. & Dioceseos inelytæ Wiburgensis Epi-
scopi — Diebus 15, 16, 17 Jan. A. 1700 habendam, in Re-
gio Gymnasio Wiburgensi, publico examini submittit M. *Ar-
vidus Alopæus*, Borgoënsis Ecclesiæ Pastor & Præpositus —
Defendentibus pariter — Dn. *Petro Frisio* Past. in Zeutzenus,
Dn. *Axelio Insulano*, Past. in Sackola, Dn. *Jacobo Carlquist*,
Past. in Råisälä. Wiburgi impr. apud viduam Matth. Syng-
manni (Neque hujus Disp. notitiam habuit Cel. LIDÉN.)

Dicit Nob. STIERNMAN (*Ab. Litt.* pag. 135) Mag. *Con-
radi Qvensel* Desiderium orbis eruditi ex occasu Episc. *Bång*
editum esse Wiburgi in 4:o, cujus an hodie super sit exemplar,
nescimus.

Corrigenda.

Pag. 27 lin. 6 *comma* deleatur. Pag. 29. lin. 2 *suspicare-*
mus lege: *suspicaremur*. Pag. 32. lin. 6 Aboënses lege: A-
boënses. Pag. 40. lin. 2 *scuti* lege: *secuti*.

Locus in *Svenska Merc.* quem citat Max. Rev. FANT
(vid. supra pag. 45), invenitur in *lib. cit.* Jun. 1760 p. 290.